



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rosa In Hieme

Mertz, Martin

Antverpiæ, 1627

Capvt IV. Profectus VVilhelmi in literis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42750

C A P V T I V.

Profectus VVILHELMI in literis.

Positus igitur loco tam celebri sub
stantis ductoribus & Magistris ad men-
sam doctrinæ nummulariam, memor di-
stricti aduersus pigrum seruum iudicij, ta-
lentum sibi concreditum nequaquam in
sudario desidiæ reponere, aut in terra per
rerum fluxarum scilicet curam & venatio-
nem defodere; sed ad magnum & religioso
homine dignum lucrum conuertere ma-
gno studio & contentione laborauit. Et
quia, ut antè iam insinuatum est, ingenio
erat tardiori & minus capaci, duas sibi vias
tota mente persequendas statuit, quibus
naturæ defectum adiuuaret & suppleret:
quarum prima magnum labore & inde-
fessum conatum in literis positum comple-
ctebatur: quia verò nec illa semper optatum
progressum facere poterat, ad fortius cer-
tiusque perfugium animum applicuit, assi-
duas scilicet & feruentes preces; quibus sa-
nè tantum affecutus fuit, quantum nec re-
liqui omnes non solùm diurno labore, sed
nocturnis etiam & antelucanis vigilijs &
summa virium contentione. Id ei testimo-
nium perhibuit R.P. Ferdinandus Grendel
Socie-

46 VITA WILHELMI ROTHENSIS
Societatis I E s v Presbyter, VVILHELMY M intime pernoscens , eiusque Præceptor simul & Professor Humanitatis , suos discipulos palam in scholis hisce affatus: Iste pius & bonus Frater (VVILHELMVM monstrabat) plus proficit suis deuotis orationibus , quam vos vestro diurno, nocturno , improbo ac pene insano labore. Sæpiissime visus fuit ad suum Museum , cum studia non procederent, aut si alicubi hæret , nec in quod incumbebat percipere posset, in genua prouolutus, totum tempus feruentissima precatione consumere , præfertim Rosarij B. Virginis recitatione : qua ratione eum plus hausisse profectus , quam assidua ingenij exercitatione & defatigatione, experimento cognitum fuit. Et hoc meritò sanè sciebat enim, eum quem Deus instruit tantum omni genere doctrinæ excellere, ut multis reliquos interuallis post se felinquit; quemadmodum vel ex sola Angelici Doctoris Aquinatis vita compertum habebat.

C A P V T V.

Profectus VVILHELMI in pietate.

QVI verò per solida pietatis opera & exercitiæ , ut explicatum est , tantas lite-